**532** textum vide in paginis duabus quae sequuntur.

L. Fabio [L. f.] Pup. Sev[e]r[o],
quaestor(i) urbano,
[de]cu[r(iones) et] plebs T[ergesti]nor(um).

1. 2 . . . . . . . . . . . k[a]l. Novembr. | [Quod] . . . spanius Lentulus
3 et | . . . . . s Nepos II v[i]r(i) iur(e) dic(undo) v(erba) f(ecerunt) |
4. 5 [L. Fabium S]everum clarissimum vi|[rum m]ulta iam pridem in rem
6. 7 p(ublicam) nos|[tra]m beneficia contulisse, ut qui a pri|[m]a sua statim
8 aetate id ege[r]it, uti in ad|[iuva]nda patria sua et dignitate et el[o]-
9 quentia cres|[ce]ret; | nam ita multas et magnificas causas publi|-
10. 11 [c]as aput optimum principem Antoninum Aug(ustum) Pium | [a]d-
12 seruisse egisse vicisse sine ullo quidem aerari nos|[t]ri inpendio, ut
13 quamvis admodum adulescens senili|bus tamen et perfectis operibus ac
14 factis patriam suam nos|que insupe[r] sibi universos obstrinxerit; nunc
15 vero tam gr|andi beneficio, tam salubri ingenio, ta[m] perpetua ut[il]i-
16 tate rem | p(ublicam) n(ostram) adfecisse, ut omnia praecedentia facta
17 sua, quamquam im|mensa et eximia s[i]nt, facile superari[t]; nam in
18 hoc quoque mira|bilem esse c(larissimi) v(iri) virtutem, quod cotidie
19 in bene faciendo et in pa|tria sua tuenda ipse se vincat; et id[cir]co,
20 [q]uamvis pro mensu|ra beneficiorum eius impares in referenda gratia
21 simus, inte|rim tamen pro tempore uel facultate, ut adiuvet saepe fac-
22 tu|[r]us, rem[u]nerandam esse c(larissimi) v(iri) benevolentiam, non ut
illum pro|niorem habeamus (aliut enim vir ita natus non potest facere),
23. 24 sed | ut nos iudicantibus gratos praebeamus et dignos tali decore ta|-
25 lique praesidio:

q(uid) f(ieri) p(laceret), d(e) e(a) r(e) i(ta) c(ensuerunt), primo censente Calpurnio Certo.

26 | Cum Fabius Severu[s vi]r amplissimus adque clarissimus tanta
27 pietate tanta|[q]ue adfectione rem p(ublicam) n(ostram) amplexus sit
28 itaque pro minimis ma|[x]imisque commodis eius excubet adque omnem
29 praestantiam | [s]uam exerat, ut manifestum sit id eum agere, ut
30 non modo nobis, sed pro|ximis quoque civitatibus declaratum velit
31 esse se non ali quam | [pa]triae suae natum et civilia studia, quae
32 in eo quamvis admodum | iuvene iam sint peracta adque perfe[c]ta,
33 ac senatoriam dig|[ni]ta[t]em hac maxime ex causa concupivisse, uti
34 patriam su|[am c]um ornatam tum ab omnib[us] iniuriis tutam defen-
35 samque | praestaret, interim aput iudices a Cae[sar]e datos, interim
36 aput ip|[sum i]mperatorem causis publicis patro[ci]nando, quas cum
iusti|tia divini principis tum su[a] eximia ac [pr]udentissima oration(e) | 37
s[e]m[pe]r no[b]is cum victoria firmiores r[e]misit; 38
ex proximo vero, || ut manifestatur cael[es]tibus litteris Antoni|ni Aug(usti) 2, 1. 2
Pii, tam feliciter d[e]siderium pu[b]licum a|pud eum sit prosecutus im- 3
petrando, uti Car|ni Catalique attributi a divo Augusto rei publi|cae 4. 5
nostrae, prout qui meruissent vita atque cen|su, per aedilitatis gra- 6
dum in curiam nostram admit[te]|rentur ac per hoc civitatem Roma- 7
nam apisceren|tur, et aerarium nostrum ditavit et curiam complev[it] | 8
et universam rem p(ublicam) n(ostram) cum fomentis ampliavit adm[it]-| 9
tendo ad honorum communionem et usurpation[em] | Romanae civita- 10
tis et optimum et locupletissimum | quemque, ut scilicet qui olim erant 11. 12
tantum in redit[u] | pecuniario, nunc et in illo ipso duplici quidem 13
per | honorariae numerationem repperiantu[r e]t sin[t], | cum quibus 14. 15
munera decurionatus iam ut pauci[s one]|rosa honeste de pl[e]no 16
compartiamur. Ad cui[us rei] | gratiam habendam, ut in saecula 17
perm[a]nsu[ro eius]|modi beneficio, oportuerat quidem, si fieri poss[et 18
et] | si verecundia clarissimi viri permitteret, universos n[os] |ire et 19. 20
gratias ei iuxta optimum principem agere. Sed | quoniam certum est 21
nobis onerosum ei futurum t[a]|le nostrum officium, illut certe proxime 22
fieri opo[r]|tet o (dele) statuam ei auratam equestrem primo quoque | 23
tempore in celeberrima fori [n]ostri par[te] poni et i[n] | basi eius 24. 25
hanc nostram c[o]nsensionem adque hoc | decretum inscribi, uti ad pos- 26
teros nostros tam volt[us] | amplissimi viri quam facta per[m]aneant: 27
petique a | [Fa]bio Vero egregio viro patris [immo patre] Severi, 28
uti, quando q[ui]|dem et commentum hoc ipsius sit providentiae, qua| 29
rem publicam n(ostram) in[f]atigabili cura gubernat et in hoc | plus 30. 31
publici benefici, quod talem et nobis et imperio civem p[ro]|creavit 32
adque formavit, cuius opera studioq(ue) et ornatio[res] | et tutiores in 33
dies nos magis magisque sentiamus, uti patiatu[r] | se in hanc rem ad 34
fili[u]m suum legari mandarique sibi, | uti gratias publice c[l]ariss[i- 35
m]o viro mandatu no[s]|tro agat et gaudium universorum singulorum- 36
qu[e] | ac voluntatem ut mag[i]ster talium rerum in notitia[m] | eius 37. 38
perferat. Censuerunt.

Decreti causam exposuimus in praefatione ad Tergestinas; de iudicibus ab imperatore datis (1, 35) quaedam monuimus vol. 3 p. 107; pecuniam honorariam ab aedilibus in arcam publicam illatam vel certe populi causa erogatam praeter alios etiam titulus alter Tergestinus n. 558 commemorat. Reliqua aut interpretatione non indigent aut certe non est huius loci. Unum monebimus hoc decretum exempla quaedam offerre syllabarum divisionis vere Latinae saepe hodie neglectae, ut sunt *nos|tram*, *cres|ceret*, *dig|nitas*. Contra erratum est 1, 14. 15 in *gr|andi*. Etiam in verbis decreti praeter mendas apertas 2, 23. 28 sunt quae offendant; ut 2, 13 *duplici quidem* pro *et duplici quidem* et directa oratio abrupte incipiens 2, 8.